

# Monatlicher Beytrag zu den Budis̄inischen wöchentl. Nachrichten.

---

May 1783.

---

---

In  
Rehkopfium, Ephorum Dresdensem.

**M**e quoque Rehkopfi meditantem dicere laudes  
Increpuit Phœbus, corripuitque lyra.  
Quin tu te cohibe! quid enim tua carmina possunt?  
Ingenii culpa deteris acta Viro.  
Caverat hoc prudens, ne quis se præter Apellem,  
Pellæus iuvenis, pingeret arte minor.  
Sit voluisse tuæ specimen pietatis; at ingens  
Nomen florebit te sine laude sua:  
Invenietque alium, longo qui proroget ævo,  
Ipse dabo vatem: non tua cura, mea est.

Ad Lectorem.

**R**es nova! si forsan lusus mirare seniles;  
Bis, scito, pueros esse solere senes.

Ⓔ

\*

Dütz.